



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

V. Sic vices suas Auxanio committit ut nihil illi soli licere velit in judiciis causarum. Causas autem majores referri jubet ad sedem apostolicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

ram partibus presentans, secundum consuetudinem à nostris decessoribus attributam sapienti & sollicita indagatione custodiens, si quam humani generis hostis antiquus Zizaniam inter Dei famulos nequitia consueta seminarit tentaverit, sapientie sue moderamine adhibitis sibi fratribus & coepiscopis nostris iustitia Deo placita scandala orta submoveat.

V. Addit ergo post ista Vigilius: Quapropter Auxano fratri & coepiscopo nostro Arelatensis civitatis antistiti vices nostras caritas nostra nos dedisse cognoscat; ut si aliqua, quod absit, contentio fortassis emergerit, congregatis sibi fratribus & coepiscopis nostris causam canonica & apostolica integritate discussiens, Deo placita equitate definiat. Quo loco revocanda mihi est memoria eorum quae in proximo capite dicta sunt de judiciis Episcoporum, nimur sic vices suas Auxanio commississe Vigilium ut nihil illi soli licere in hoc voluerit, cunctaque agi præscriperit in conventu provincialium Episcoporum. Causas verò majores sic commitit Auxanio ut ei necessitatem imponant mittendi relationem ad apostolicam sedem: Contentiones verò si que, quæ Dominus auferat, in fidei causa contigerint, aut tale emerget fortè negotium quod pro magnitudine sui apostolice sedis magis iudicio debeat terminari, ad nostram discussa veritate perferat sine dilatatione notitiam.

VI. Sequens istius Vigilius epistolæ caput pertinet ad celebrationem Conciliorum Diocesos Gallicanæ. Sed antè quam Vigilius verba referamus, non inutile erit hec observasse illum in ista constitutione securum esse ordinem quem sanctus Leo præscriperat Anastasio Episcopo Thessalonicensi. Nam cum supra adnotaverimus in istius potestate & mandatis ferme cuncta contineri quæ sequentibus seculis aut mandata Legatis sunt aut ab illis præsumpta, adnotaverimusque præterea Arelatensem antistitem sedis apostolice per Gallias Vicarium factum esse ad exemplum potestatis quæ Thessalonicensi Episcopo tributa erat per Illyricum, par eft ut comparationem eorum instituamus ubi occasio tulerit. Sic enim fiet ut lectors plenè intelligent parem intra Gallias Arelatensisibus Episcopis auctoritatem tributam fuisse ac Thessalonicensibus intra Illyricum. Edixerat itaque Leo vicariatum Anastasi Thessalonicensis Episcopi constituens, ut ad synodum quisquis Episcoporum ab Anastasio foret evocatus occurreret, nec sancta se congregationi denegaret. Definierat præterea, ut quisquis Episcoporum superbo animo, cum nulla corporis vel causæ foret necessitate detenus, fratrem saepius veller vitare conventum, se sciret esse judicandum. Nunc

Tom. II.

ergo Vigilius ait, tanquam suis verbis reddere destinasset sensum verborum Leonis: Et quia necesse est ut apud Deo propitiante temporibus ab Arelatensi Episcopo, qui nostris vicibus fungitur, quotiens judicaverit expedire, pro facienda consolatione communis Episcoporum debeant congregari persone, nullus inobediens ejus forte mandatis se à congregazione suspendat, nisi aut corporalis infirmitas aut iusta causa cum excusatione venire prohibeat. Tum edicens uti qui justam ob causam non accesserit ad synodum, Presbyterum aut Diaconum pro se mittat, injecta mentione promissionis Christi, quise pollicitus est futurum in medio eorum qui in nomine ejus congregati essent, addit: Quid ergo se estimat subiurum qui Deo odio superbia in illa congregazione interesse contemnit in qua se Dominus noster ad futurum pia promissione denuntiat? Odiosa illa superbia, quam contumacibus illis Episcopis objicit Vigilius, est is ipse superbus animus quem in Illyriis Episcopis damnat Leo. Ceterum hunc Vigili locum edidimus ex fide ejusdem codicis regij, in quo legitur multò emendator quam in editionibus.

VII. Postremum caput epistolæ Vigilius respicit necessitatem accipendarum formatarum ab Episcopo Arelatensi. Qua de re cum multa jam à nobis dicta sint, quæ, nunc repeti non est opus, transeamus ad Aurelianum, qui post Auxanum fuit Arelatensis Episcopus & sedis apostolicae Vicarius per Gallias. Falluntur autem, ut recte observatum est à Saxio, qui putant Aurelianum non statim successisse Auxanio. Sed hæc non sunt instituti nostri.

CAPUT XXXVIII.

Synopsis.

I. Aurelianus succedens Auxanio, fit Vicarius Apostolicae sedis, secundum venustum consuetudinem. Generalem pro hac causa epistolam ad Episcopos Gallicanos dedit Vigilius secundum morem.

II. Aurelianus sollicitus debona fama Vigilius, ille per legatum significavit qui sinistri rumores de illo essent. Iste, scripta ad eum epistola, fidem suam singulariter explicuit, simili illum admovens, ut illam in omnium Episcoporum Gallia nouitiam deducat. Evidentia ista sollicitudinem Ecclesiarum Gallicanarum fuisse tum penes Episcopum Arelatensem.

III. Aureliano succedit Sapaudus. Hunc statim Pelagius Papa vicibus apostolicae sedis ornauit secundum morem. Tum usum ei Pallij concedit, & privilegium formatarum confirmat.

IV. Datum in precibus Childeberti Regis, ut patet ex epistola Pelagi ad Childeberitum. Non meminit autem consensus Imperatoris pro concessione Pallij.

V. Admonet deinde Childebertum Pelagius honrandum esse Sapaudum propter apostolicam vicem.

P. ij

115
116

116
117

117
118

118
119

119
120

120
121

121
122

122
123

123
124

124
125

125
126

126
127

127
128

128
129

129
130

130
131

131
132

132
133

133
134

134
135

135
136

136
137

137
138

138
139

139
140

140
141

141
142

142
143

143
144

144
145

145
146

146
147

147
148

148
149

149
150

150
151

151
152

152
153

153
154

154
155

155
156

156
157

157
158

158
159

159
160

160
161

161
162

162
163

163
164

164
165

165
166

166
167

167
168

168
169

169
170

170
171

171
172

172
173

173
174

174
175

175
176

176
177

177
178

178
179

179
180

180
181

181
182

182
183

183
184

184
185

185
186

186
187

187
188

188
189

189
190

190
191

191
192

192
193

193
194

194
195

195
196

196
197

197
198

198
199

199
200

200
201

201
202

202
203

203
204

204
205

205
206

206
207

207
208

208
209

209
210

210
211

211
212

212
213

213
214

214
215

215
216

216
217

217
218

218
219

219
220

220
221

221
222

222
223

223
224

224
225

225
226

226
227

227
228

228
229

229
230

230
231

231
232

232
233

233
234

234
235

235
236

236
237

237
238

238
239

239
240

240
241

241
242

242
243

243
244

244
245

245
246

246
247

247
248

248
249

249
250

250
251

251
252

252
253

253
254

254
255

255
256

256
257

257
258

258
259

259
260

260
261

261
262

262
263

263
264

264
265

265
266

266
267

267
268

268
269

269
270

270
271

271
272

272
273

273
274

274
275

275
276

276
277

277
278

278
279

279
280

280
281

281
282

282
283

283
284

284
285

285
286

286
287

287
288

288
289

289
290

290
291

291
292

292
293

293
294

294
295

295
296

296
297

297
298

298
299

299
300

300
301

301
302

302
303

303
304

304
305

305
306

306
307

307
308

308
309

309
310

310
311

311
312

312
313

313
314

314
315

315
316

316
317

317
318

318
319

319
320

320
321

321
322

322
323

3